PAULUS URSINUS
Tirol, 1523 Seite 11r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35507
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Pestis ne suspecta Gen quam belle questus
sui causam agere properat Mer hec
diutum passimque germaniam afflixit non
simul totam invasit certatim decimas
depasta est semper ulterius in modum
Cancrene aut fede serpiginis gras
satura Romam nuper peregrinata
maiorem in modum seviebat ut summum
etiam sacrificulum torpente curia veluti
continuatis ferijs nundinis haud bene
respondentibus cubiculo includeret
et quevis ut periculosa res est aditu
prohiberet Sed hac crudelitate tantisper
exsaciata Tesiphone alia parturit
Allecto Phil Bellum ne Mer Ansam
belli quisque arripere nititur bellorum
tantum nervi adsint causa numquam deerit
Quando omnes perditissimo contumeliarum
flagrant amore: ac summa flagi
ciorum presto sunt argumenta intentiuaque
Fastus. Odium. contemptus. Rapina Iniu
riandique tanta incessit libido ut
hoc ipsum delectet et si causa non
sit Graciorque alterius dolore sua
cuique venit voluptas Rhodos quondam
eque ut delos e mari emergens terre motu quo

Pestis

Bellum

Cause iurgiorum

Rhodos

Delos e mari enata